



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 31. Augustinianorum Generalis Vicarii tumultus adversus
indulgentiarum Præcones

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

rentur, quod populis exposuissent, eos, si sæcul. XVI. A.C. 1517.
 literas indulgentiarum auro redemissent, de salute sua securos fore. Præterea
 Præcones isti turpem ex sacro hoc Eccle-
 siæ thesauro quæstum exercebant, suas-
 que cathedras erigebant in popinis, u-
 bi aliquam collectæ pecuniæ partem ab-
 ligurire visebantur.

§. XXXI.

*Augustinianorum Generalis Vicarii
 tumultus adversus indulgentia-
 rum Præcones.*

EO tempore Fratibus Eremitis S. Au- Cochlæus de
 gustini in Germania Vicarii generalis *actis & scri-
 ptis Lutheri.*
 nomine præerat Joannes Staupitius ejus-
 dem nationis inter nobiles facile prin-
 ceptus, ipsisque Saxonum Principibus co-
 gnatione junctus, atque ea ratione Sa-
 xoniæ Ducibus perquam acceptus, ac
 præcipue Friderici S. R. I. Electoris pa-
 trocinio tutus. Igitur Staupitius tam
 potenti præsidio fretus, atque præclaris
 animi dotibus insignis, *instillabat, inquit
 Cochlæus, hujus Principis pectori frequen-
 tes indulgentiarum abusus, & quæstorum,
 atque commissariorum scandala, eo quod illi
 per avaritiam prætextu veniarum, & gra-
 tiarum, expilarent Germaniam, & quærerent,
 quæ sua sunt, non quæ salutis animarum.*
 Staupitius seu hisce abusibus vere com-
 motus,

Sæc. XVI. A.C. 1517. motus, seu Dominicanos suis Religiosis in prædicandis indulgentiis præpositos indignatus, zelum, an dicam, furorem suum exerere statuit. Suffragabantur eidem omnes Religiosi sui, atque inter ceteros Martinus Lutherus, qui solus ex omnibus Wittembergensis Academiæ Doctoribus eo tempore eruditionis atque astutiæ fama inclaruit.

§. XXXII.

De ortu & primis auspiciis vitæ Martini Lutheri.

*Cochlæus
loc. cit.*

*Micrelus in
vit. Luth.*

Melanct. t. 2.

*Seckendorf.
hist. Luth.
l. 1. p. 20.*

Natus erat Martinus Lutherus Islebiæ in ditione Comitum Mansfeldensium die decima Novembris hora noctis ferme duodecima Anno quadringentesimo octogesimo tertio supra millesimum ac Joannem Lotterum, seu ut alii volunt, Lautherum, metallorum fossorem, & Margaritam Lindermanam, habuit Parentes, qui quamvis humili admodum genere orti essent, magna tamen sollicitudine primis literarum elementis filium suum imbui curarunt. Mater ejus cum marito suo stabili domicilio Meræ versabatur; hinc Martinum Islebiæ natum fuisse casu accidit; cum enim illius Mater tempus pariendi adeo vicinum haud arbitraretur, illuc ad nundinas ibat. Eadem Melanchtoni, quo anno filium suum enixa

*Ulemb. c. 2. in
Lutheri vita.*